

postmodum vero, si in profundum malorum veniens contempserit, cum ecclesia non habeat ultra quid faciat et ne possit esse perditio plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem, ita quod ei deputetur exilium vel alia pena legitima ei inferatur. § [2] In secunda vero ita sentimus, quod a communione eius, qui pro^{a)} sacrilega manuum iniectio^{a)} in edictum excommunicationis incidit, licet denunciatus non sit, adhuc debeas abstinere, nisi forte id tibi soli pateret, in quo casu ipsum private tantummodo evitabis, quamdiu ab ecclesia tolleratur, ut saltem^{b)} verecundie rubore suffusus^{c)} pro latenti excessu aliter satisfacere compellatur. § [3] In articulo vero questionis tercie responsum tale prebemus, ut occisores^{d)} clericorum aut^{e)} presbiterorum, qui ut dictum est contempto clericali habitu et^{f)} ministerio laicali^{g)} tyrannidi et enormitati se inverecunde commiscent, in odium clericalis excessus et terrorem atque correptionem^{h)} similium canone late sententie laici minime coartentur; iniungatur tamen eis penitentia competens aliquantulum asperior quam si omnino inⁱ⁾ laicosⁱ⁾ talia commisissent. [4] Preterea quia nemo desperandus est, dum fuerit in mortali corpore constitutus^{k)}, cum id quod differtur aliquando consilio^{l)} postmodum maturiore^{m)} perficiatur, § taliter in quarto temate respondemus, quod, licet Augustinus dicat: „Penitentes si tamen penitentes estis et non estis irridentes“¹⁾, et quamvis non nisi se corrigentibus a domino vel eius ecclesia venia promittatur, tamen quicumque de parrochianis tuis sibi petunt penitentiam iniungi, etsi eam postea derisui habeantⁿ⁾ et more

3u § 2: Etiam ante denuntiationem percussor clerici evitetur, set tantum in occulto, <ni>si factum est occultum.

3u § 3: Qui clericum tirannum occidit, non incidit in anathema.

3u § 4: Gravior penitentia eis imponatur, qui penitentiam spernunt.

a) — a) sacril. man. extensione H, per sacrilegam man. iniectioⁿem M.

b) saltim H. c) confusus M. d) occisorum H. e) sive M.

f) fehlt H. g) clericali M. h) correctionem M. i) laici H. k) constitutus M. l) concilio H. m) maturiori M. n) habent M.

1) Augustinus Sermo 393 (Migne pL. 39, 1713).